



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Colvmbanvs Gandai.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

dicio contingent me sacrum tanti Martyris corpus venerari presentem, cuius visendi gratia Carthaginem lubens perrexissem. Hactenus Huius.

C O L U M B A N U S

Gandavi.

QUARTO nonas Februarij anno nongentesimo quinto quagesimo septimo, reclusio Columbandi Abbatis Hiberniensis, viri sanctissimi, in Cæmeterio Gandensis Cœnobij, ubi post biennium obiit & in cripta B. Mariæ ante altare B. Andreae sub arcu lapideo requiescit. Obitus in libris rubeæ vallis notatur decimo quinto Kalendis martij. Ita Molanus ex Chronico cœnobij Gandensis. Fit & Columbandi mentio in Catalogo Sanctorum Hiberniæ, quem P. Henricus FitzSimon Societatis Iesu Theologus, natione Hibernus contexit sanè luculentum, ac illustrium Sanctorum nominibus splend. dum & abundantem.

C O N D E D V S M O N A C H V S

In Blandinio.

DE Condedo in historia Ecclesiastica narrat Gulielmus Gazæus in sanctis diocesis Gandauensis, fuit Anglum natione ac Religiosum Monasterij Fontanellensis sub Abbate sancto Lamberto. Reliquias eius è Bononia cum S. Wulfrannij & aliorum delatas ad D. Petri Abbatiam in monte Blandinio sitam. In quo celebris eiusdem etiam diui olim fuit memoria.

H

C H R Y S O .